

Prognostica Epigrammatica
Nomine Ominosa
de
Cardinalibus ad Pontificatum adspirantibus.
imus. Cibo.

*Von omnes placuere Cibi, quos Flandria + coxit
Nec quis decexit Gallia, Petre, placent
Est nimium delicatum tibi Roma palatum.
Forsitan ab hoc ipso non placet iste Cibus.*

+ Camerario Flamenga.

II. Ottobonus.

*Dicitur ut Octo licet, bonus ac sit ut Octo, nec iste
Fors placet, Adriacis cum generatus aquis
Iste sales, hic dulce probat, non disputet ullus
De gustu Sapiens, nec sapit ille malis.*

III. Chigi. Alexandri VII. Nepos.

*Gloria non paucā est, omnes superasse nec ullum
Quamvis de proprio Sangvine, habere parem.
Hunc ut Alexandro maneat sua gloria in Orbe
Urbis Successor non valet esse Nepos.*

IV. Bichius.

*Te nullus cogitat, te nullus postulat, et te
Nullus avet, quae te sors manet, inde sape.
Ex his præmissis facilem deduco sequelam.
Et tantis nullis Tu quoq; nullus eris.*

V. Jacobus Frantzoni.

*Regali cecidit pulsus de Sede Jacobus
Et tibi spem Sedis forte Jacobē facis
Est præsens tempus nimium fatale Jacobis
Somnus erit, pateat si tibi Scala Jacob.*

VI. 2. Barberinus. Barbaricus Venetus

*Te bonitas, Pictasq; juvat, te Vita celebrat
Sed natale Solum, non finit esse Patrem
Per Barham dico Iovis, et per Sacra Queritum
Vix Venetus Venetus ereditur esse banus.*

VII. Barberinus.

*Barbara iam pridem Romæ Dialectica nescit
In Dæbitis melior forte sequela fluit
Sed neq; iam Dæbitis, nec Barbara forte valchet
Hisce novis Logicis non placuere Modi.*

AB. 1